

ruiturum, titulum sepulchri, funditus e-
 uertisse compertum est. Quorum aliqua
 exempla ad terrorem legentium liben-
 ter insererem, nisi quia id scienti super-
 uacuum fieret, ignorantem autem fieri bre-
 uiter modò non posset, igitur finem fa-
 cimus cum Socrate consulentes humano
 generi. Nolite mortales perniciem ve-
 stram exoptare, desinite inani precum
 murmure templa complere, atque aures
 Dei fatigare, ne fortè importunitate vi-
 ctus, damnosa largiarur: Quid votis in-
 certa paciscimini? quid sanctorum calles
 visceratis? in illo spes vestræ sint, cui lon-
 gequàm vobis ipsis chariores estis: Illi in-
 trepidè rerum vestrarum consilium ar-
 bitriumque permittite, qui profectò me-
 liora & si non semper iucundiora præsta-
 bit: quod si omnino nominatim aliquid
 orare libet, illa poscite quorum nun-
 quam pœniteat, virtutum cultum, crimi-
 num cautelam, sanam mentem: Nec sa-
 tyricam adiectionem, sani corporis re-
 spuo, & quod culmen humanæ fœlicita-
 tis est, perite suppliciter. Quoniam de v-
 no sapientissimi viriverbo, pro ipsius qui-
 dem qualitate perpauca pro instantis au-
 tem nostrj modò satis multa diximus,
 Reli